

hora longior est semper q̄ illa sexta meridionalis, cui tamen & septima æqualis semper existit. Dies longiores hic voco, qui longitudine horas 12. excedunt, breuiores qui ad horam 12. non pertingunt, cuiusmodi sunt illæ brumales. Præter naturam enim illa esset regentium planetarum vicissitudo (vt idipsū diligenter obseruarunt veteres) illorū aliquē ante exortum horas 1. regere, statimq; vbi sol super Horizontem venerit, alium succedente. n̄ t̄m diu in horam regimen suum obtinere. Quod sane fieri oporteret, quum & dies & vicissim nox horarum esset 18. & hic error maximus est apud omnes qui hoc modo rem illam considerant. Rationem illius videbis in libris vmbrearum, Et hoc illud est, quod horæ dicuntur inæquales, non (vt quidam putant) quoniam horæ dici inæquales sint horis nocturnis.


Series & Characteres septem Planetarum.

♄ Saturnus ♃ Iupiter ♂ Mars ☉ Sol ♀ Venus ☿ Mercurius ☾ Luna

PROPOSITIO DECIMA.

¶ Filum parare idoneum & pinnulas obseruatorias.

IN eadem hac facie filum sericum figi oportet in centro E, longiusq; paulo exire quā sit linea E.F, vt sic libere cum eminente plumbo sub quadrante moueri queat. Pendeāt ex illo lapilli etiam duo subtiles vel vniones, qui in ipso sursum deorsumq; pertrahi possunt, & in imo fili adpendendum est plumbum exiguum pisi seu fabæ magnitudine. Sed & super lineam E. F (ita tamen vt papirus quadrantis sit iam asseri illita) tabellæ erigi decet, quarum vtraq; foramina duo habeat æqualis distantia a linea E. F, e quib; quæ sunt remotiora, magis debent esse angusta, quam quæ lineæ E.F sunt ppiora, vt inde radii solares excipiantur, interna autem hæc & lineæ propinquiora capaciora quoq; sint, vt per ea Luna, Planetæ, cæteræq; stellæ videantur. Et sic satis quadrantis propositi facies seu pars anterior explicata vniq; est ad commodata.



PROPOSITIO VNDECIMA.

¶ Posteriorem quadrantis partem, quam supra tergum diximus, pari solertia explanare, & ob oculos subiicere.

Tergum instrumenti huius ex rotulis sex composuimus, quarum vt prima ita maxima & ipsa circuli quarta pars est, continetq; diei & noctis horas 24. Pars illi⁹ media, ad manum dextram a 12. (hoc est meridie) numerando ab ipso centro vsq; ad alteram 12. (hoc est noctis mediā) dentes nigros habet, significantes horas horarumq; quartas a meridie ad noctis mediū vsq;. Ex altera vero pte ascendūt rursus 12. horæ ad partē quadrantis supremā (tu modo vide, quod est in omnib; instrumentis precipue obseruandum, quib; ea modis vertas, teneasq; quum vti voles, vt semper ipsam quadrantis peripheriam deorsum ad te flectas, centrum iursum versus auertas a te) & illæ denticulis subacutis sunt designatæ, quæ sane circuli quarta altero quadrantis latere debet adglutinari, ita vt duæ illæ quartæ sua circumferentia & centro plane conueniant, quod tu ipse videbis compertiesq; facillime.

FIGVRA TERGI IN QVA DRANTE PROPOSITO